Fragmentarium

cum autem lauerit requiescat donec reparentur
uires et iterum labet et cum de balneo exierit
dabis ei sucos ptysanae aut lactucas elixas et
post haec piscium carnes molles habentes ex leu
cozomo factos· communis est autem omnibus
efemeris febribus laborantib· digestibiles cibos
qui non sint infracticidario oportet· Qui uero ex
ardore solis febriunt aut de furore aut de ira
cundia dare oportet qui infrigdant et humectant·
Qui autem ex frigdore febriunt quae mediocriter
calefaciunt dandae sunt· Qui autem ex tristiziam
et sollicitudinem uel de uigiliis febriunt quae in
fundant et somnum faciant· Qui autem ex labo
re febriunt cibus dandus est qui minus nutriunt
quos greci atrosos uocant· Qui autem ex frigdore
febriunt dandi sunt cibi qui nutriant· Efemeris au
tem omnibus cibi ex media danda sunt materia· Ui
num autem in omnibus efemeris febribus dandus
est si non caput doleat aquosum et suptilem·
stignosin uero patientibus si non grabi detinetur
aegritudinem et plethoricus non est uinum po
tui dabis· quos autem stignosis nimium conprae
hendit et plethoricus non est prohibendus est
uinum bibere Qui autem de inguinibus febriunt
labare antequam uulnus de quo inguina genera
ta est procuretur non praesumat· cum autem
declinauerint febres balneum utatur· similiter
etiam et uinus est prohibendus donec inguinae ca
dant· postea autem dandus est uinus et cibos te
nues· frigidae enim potiones in quibus acres et
fumosi humores congregantur iubat omnes sa
nos et qui aliqua efemera febre aegrotat aut

License: cc-by-nc – Bern, Burgerbibliothek, Cod. F 219 III, 4r – Oribasius: Synopsis medica
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-8rn7/3475/36181)